

David Richter


Henrici Leonis Principis Meclenburgici, Heroicam cognomenti rationem dispiciebat Cumqve Natalem Serenissimi Ducis & Principis Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis vestutae gentis Henetae, Sverini & Raceburgi, Comitum item Sverinensis, Terrarum Rostochii atque Stargardiae Dynastae, &c. Domini & Nutritoris Nostri Clementissimi Faustissimo sidere A. M.D.CCXXXI. d. 26. Nov. redeuntem Publice in Gymnasii Meclenburgici Auditorio Majori Indiceret Festum, Patres Utriusque Reipublicae ...

Gustroviae: Lembkius, [1731]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832190578>

Druck Freier  Zugang





MLK-9453-(1.)



Progr

LA LUCHI IUCIIS YUS CIAI PAIUS. UVI DIA LINDI TINE DROEIN

HENRICI LEONIS
PRINCIPIS MECLENBURGICI,
Heroicam cognomenti rationem dispiciebat

Cumque
NATALEM SERENISSIMI DUCIS
& PRINCIPIS

DN. CAROLI
LEOPOLDI,

*Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis vetustæ gentis
Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item Sveri-
nensis, Terrarum Rostochii atque Stargardiæ
Dynastæ, &c.*

DOMINI & NUTRITORIS NOSTRI CLE-
MENTISSIMI

*Faustissimo sidere A. M. D. CCXXXI. d. 26. Nov. redeuntem
Publice in Gymnafii Meclenburgici
AUDITORIO MAJORI*

Indiceret

FESTUM,

PATRES UTRIUSQUE REIPUBLICÆ

Ut splendidiorem Auditorum coronam

Novis Oratoribus conciliarent,

Quantum Studio & observantia possum, identidem rogatos
invitabam

M. DAVID RICHTER, *Gymn. Gustr. Rect.*

GUSTROVLÆ, Typ. JOH. LEMBKI, SERENISS. PRIN. Typ. Aul.

*Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis*

*S. T.
In Secretarij
Ranghio
Anno 1731
Suo.*

Progr

HENRICI LEONIS

PHYSICUS M.D.C.

PHYSICUS M.D.C.

MATHEMATICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

Handwritten notes in brown ink, possibly a library stamp or signature.

X Lutheri liberis vtus erat Paulus. OVI una cum ipse prolem



Vamvis ex Serenissimorum Principum Meclenburgicorum rebus præclare gestis, unum saltem articulum, hætenus decerpere & illustrare soliti fuerimus; tot tamen difficultatibus eundem involutum

fuisse semper demonstravimus, ut vix, & non sine multa lectione, extricatus, ad clariorem lucem reduci potuerit. Henrici, quem, in Palæstinam suscepta expeditio, Hierosolymitani cognomento nobilitavit, captivitatem 26. vel 28. annorum, ita cum initio regiminis Afraphi, Ægyptiorum Mammeluccorum Soldani, proximo programmate conciliavimus, ut eadem ad 18. annos reducta integrum octennium vel decennium reditui, toties repetito & per tot viarum anfractus longosque cursus circumducto, reservatum vindicaret. Tanto Principe genitus erat Henricus Leo, non ~~latro~~ ille communis gentis nostræ Venetæ, quem Saxo-
nem superiori seculo Patria horruerat, sed communis ille *pestis* Serenissimorum Ducum Megapolitanorum sator felicissimique ominis stator. Quod si autem candidissimi hujus cognominis veram rationem edisserere possem feliciter, næ, & Lectoris gratiam me impetraturum confiderem, & meo me desiderio satisfacisse arbitrarer. Impavidam, pe-
ctoris fortissimi, mentem, hoc cognomine indicari, heroica Leonis magnanimitas per se vel sola probat. Occasionem vero impositionis ejusque primum & verum autorem, una cum fida temporis notatione, qui indubitato asserere aunderet, alter mihi esset Achilles, magnusque Apollo. Con-

A 2

jectu-



Prager

jecturis ergo indulgendum erit, haud ab omni probabilitatis specie abhorrentibus, nec, quæ cum chronologia temporumque ratione non possint in gratiam reduci. B. Latomum itaque, licet, multas mihi, ob non superatas ambiguitates fixerit cruces; primum omnium audiemus, ita de Leonis cognomento scribentem: Im selbigen Jahr/ (Annum vero 1296. ab eodem indigitari, infra bifariam probabitur pluribus) am 23. Julii ist Adolphus, Graff von Nassau/ so vor 4. Jahren durch seines Vettern/ des Bischoffs von Mayntz Hülffe und Beforderung/ zum Käyser erwehlet war/ als ein Versthörer des Reichs abgesetzt/ und Albertus, Herzog von Osterreich/ Käysers Rudolphi Sohn/ durch die Chur-Fürsten zum Käyser erwehlet/ und dabey (NB.) beyde Käyser wieder einander gesetzt/ und ein öffentlicher Krieg darauff vorgenommen/ und nach 2. Jahren vollenzogen. Da ist der Herr Henrich von Mecklenburg mit 400. Pferden zusammit dem Marggrafen von Brandenburg/ dem neuen Käyser Alberto, zugezogen/ und als Sie zum König kommen/ zogen sie vor einen Wald/ alda ihres Feindes zu gewarten/ wie aber die Zeitung kam/ daß der Feind käme/ zogen Sie alle auff und ab. Herzog Henrich von Mecklenburg/ blieb mit seinem reifigen Hauffen behalten. Man schickte zu Ihm/ Er solte seinem König folgen/ Er aber sprach: Ich habe noch keinen Feind gesehen/ blieb also mit seinem Hauffen bis auff den dritten Tag behalten. Da zog Er/ wie der Feind nicht kam/ dem König nach/ und als Er Ihn fragte/ wo Er so lange geseßen? hat Er geantwortet: Er habe des Feindes gewartet. Da hieß Ihn der König nicht allein einen Löwen/ der seinen Feind woll vor Augen sehen durffte/ sondern schenckte Ihm auch 1000. Schock zu seinen Sold/ welches 3000. Gulden sind/ damit Er dem Marggrafen von Brandenburg/ wegen das Landes zu Stargard, befriediget. *Varia eqvidem in his ex Latomo transcriptis verbis reperiuntur, quæ consensus scriptorum istius*

ævi

ævi egregie confirmat; adsunt vero etiam nonnulla, quæ Lectorem offendere vel dubium relinquere possunt, adeoque limam admittunt atque repossunt. Moguntinum enim Archiepiscopum, Gerhardum II. ab Eppenstein, præcipuum non modo fuisse auctorem deijciendi solio Imperatorio Adolphi, sui consanguinei, sed adeo elati quoque animi clericum, ut Imperatores a se *in pera haberi*, & ex quolibet cornu novos a se *efflari* posse jactitaverit, testantur omnes. Confirmant præterea, Adolphum non solum fortiter, Anno 1298. novo Anti-Cæsari suo obviam cum exercitu ivisse, sed Albertum ne adventum quidem Adolphi sustinuisse, sed aliquoties fugatum, se recepisse. Neque inficias eunt, Marchionem Brandenburgicum, Alberti generum (a), & nostri Henrici Leonis adfinem, fecisse cum Austriaco, & ab Adolfo, cui soli Bavariæ Duces, sui generi, una cum Archi Episcopis, Colonienfi & Trevirenfi, aliisque adhæserant, cum multis aliis defecisse. Sed vero, quod Henricus nostras, infracto animo impetum hostium triduum præstolatus, DUCIS nomine appelletur, nemo vindicare audebit, sicuti is quoque onus, Ætna gravius, in se susciperet, qui probare auderet, Adolphum quarto imperii sui anno, jam fuisse Imperatoria Majestate exutum, Albertumque ipsi statim ita suffectum, donec uterque CÆSAR, domestico duorum annorum bello, attritus, finem contentionibus fecisset. Belli fortunam Adolphus equidem satis feliciter, sed Anno 1298. demum, contra Albertum, tentaverat. Wenceslao II. enim Bohe-

A 3

miæ

(a) Erat hic Hermannus Longus, Ottonis Longi filius. Vide Cel. Struvii notam Chronicæ Australi ad An. 1295. subjectam, & conf. b. Hubneri Tabulam Geneal. 174tam. Sic namque apparebit Hermannum & Beatricem, Henrici Leonis conjugem, fuisse fratruales, *Brüder Kinder* / quia Albertus, Marchio Brandenburgensis frater erat germanus Ottonis Longi. H. Stero in Annal. ad Annum 1297. DUOS habet Marchiones de Brandenburch. Alii eundem DUCEM nominant. Confer infra notam b.

Progr

miæ Rege cum sua puerpera conjuge, solennissime (b) in die Pentecostes A. 1297. coronatis, *de cade sua tractarunt* (c) Episcopi & primi quique Germaniæ Principes. Prima omnium hæc fuit societas quam contra Adolpum coi-verunt, adeo fortiter autem ab Eodem derisa, ut Archi-Episcopus Moguntinus *per malitiam Regis* (scil. Adolphi) *obsessus in quodam castro fuerit, & ob hoc eorundem Principum, qui se dicebant alium Regem velle eligere, machinatio in ridiculum fuit conversa.* (d) Sed nondum ipse erat depositus, nec Albertus electus, quamvis utrique horum, hæc fata jam destinaverant. Novis insidiis, hæ, quamvis depulsæ, ab Adolpho machinationes, augebantur anno mox insequenti 1298. cum post octavam Purificationis B. Virginis, splendidissima Regum, Principum, Patrumque infulatorum corona cum aliis, (e) Summorum Imperii Procerum, personis *ad Ducem Albertum usque Viennam venissent, & celebratis, Regis Bohemiæ filii cum Hungariæ Regis filia, nuptiis, validam conspirationem (quæ secunda erit) adversus Regem Adolpum fecissent, quorum consilio & auxilio Albertus, (qui maluit in partibus consanguineorum suorum potius Adolfo omnia vastanti, litem inferre, quam in Austria visitari, (f) vocatus ab Moguntinensi, (Argentinensi. (g) & Constantiensi, Episcopis in odium prædicti Regis Adolphi, (h) -in capite jejunii -- proficiscitur per Bavariam Argentinam -- usque.* (i) Licet autem victorem ubique haberet exercitum Adolpus, atque Alber-

(b) Vid. Hist. Austr. & H. Rebdorfii Annales ad A. 1297.

(c) Rebdorf. l. c.

(d) H. Stero ad A. 1297.

(e) Singulos recenset Hist. Austr. f. m, 484. Tomo I.

Scriptorum German. Freheri, in recusa & novissima Magni Struvii editione.

(f) Albert. Argent. f. m. 110.

(g) H. Stero. l. c. f. 578. edit. Struvianæ.

(h) Rebdorf. ad a. 1298. f. m. 600.

(i) Hist. Austr. ad A. 1298.

Albertum ex Ulmenſi tractu fugatum ad Argentinenſes re-
 jeciſſet, implacabile tamen hoc utriuſque odium, non, ni-
 ſi cum ipſa anima, extingui aut deponi poſſe videbatur,
 maxime, cum in vigilia nativitatſ Johannis (†) Baptiſtæ,
 cycli Lunarſ VII. (l) Albertum, eumque abſentem,
 Moguntia Regem eligerent & Adolſum *tanquam inutilem*
Reipubl. & IMPERII DESTRUCTOREM deſtituerent (m) Quanto
 etiam Studio erga electum abſentemque Albertum flagra-
 verint, ex his facile judicabis: *Cum Dux* (ita Albertus con-
 ſtantiffime audit, uſque dum fuiſſet electus) *preſens non ad-*
eſſet (ſc. Moguntia) *extra civitatem ad tabernacula perrexe-*
runt & ibi pannum pretioſum ſuper equum projeſcerunt Regemque
deſuper ſedere praeceperunt, & TE DEUM LAUDAMUS, cum magna
latitia cantaverunt. (n) Nunc demum & verum electi Alberti
 & annum, & diem, & conſules, habemus, duosque Anti Cæ-
 ſares, ſed non quarto Imperii Adolſi anno, ſed ejuſdem ſexto
 nec bienne bellum, ſed vix 5. menſium, & duos Anti Cæſares
 non 2. annorum ſed vix totidem hebdomadam. Adol-
 ſus enim & ſi ſatis oſtendebat quanta cum fiducia hanc in-
 juſtam ſperneret electionem (*) avidius tamen quam cau-
 tius

(†) Solius Johannis atque Mariae nativitas celebratur fe-
 ſta, Cæterorum enim Sanctorum dies natales, martyria eorundem
 fecerunt illuſtres.

(l) Chron. Colm. Part. alt. f. m. 58. in. fin. adeoque d. 23.
 Junii intelligitur.

(m) Vide, quam male, Optimus Imperator, audiat M.
 Alb. Argent. l. c. Hæc vero Moguntinenſis conjuratio fuit tertia &
 Exitialis.

(n) Chr. Colm. P. 2. f. 59.

(*) Conſiſus fociſ ſuis, qui novæ electioni non interfu-
 erant, ſuæque fortitudini, omnia ſibi proſpere eventura credebat.
 Sciebat ſine dubio, quod *civitatum cives hunc Regem* (Albertum)
deriſerint, & ei nullatenus parere voluerint, eiſque vendere ne-
ceſſa-

Prager

tius Albertum, fugæ adfvetum, adoriebatur, & quia sine pedite præliabatur, sub unum fortunæ ictum, totas vires regni sui cadere patiebatur, pugnaeque decretoriae apud Gellinheim (o) locum fecit, in qua licet nulla ei virtus defuerit, animam tamen una cum Imperio deposuit: sicque Albertus summa rerum potitus fuit solus. Nam

Anno milleno, trecentis bis minus annis
In Julii mense Rex Adolfus ruit ense
Per manus Austrami, Procesfi & Martiniani. (p)

Occupaverat autem S. S. Procesfi & Martiniani, Maryrum, memoria & festum, istis quidem temporibus, diem 2. Julii,

cessaria renuerint Regem Adolsum pro Rege tenuerint, & ei necessaria præbuerint, fidemque ad ipsius obitum usque tenuerint. ibid. Conf. etiam Schurzfleischii Disputationes, Volum. I Disp. 55ta, controversia 6ta p. 17. sq. Siftit autem hæc disputatio *Characteres Eventorum*. Quam parum vero cum historica veritate conveniat, quod *Principum eligentium voluntates in eo-renunciando consenserint*, vel ex iis, quæ à nobis sunt exposita, patere potest cuilibet, nisi de Francofurtensi vel potius Aquisgranensi Alberti electione, quæ tamen singulæ post fata Adolphi factæ sunt, illa intellexeris. Vide sis quoque recentissimum illud Universale Lexicon omnium Scientiarum & Artium, quod a sagacissimo inventore Zedlerianum nominari meretur, voce Adolfus & Albertus.

(o) Et hodie quoque monumentum sive statua Adolfo extructa in campis Vangionum extat, testante Summo Viro & Patrono optimo, Struvio, in nota ad Hist. Austr. A. 1298. In Chronico Elvangeri hic locus dicitur *Burgentrich*, Hainrico Rebdorfio *villa audit Giefelsheim in dioecesi Wormatiensi*, Henr. Steroni est *Hasenpubel*, licet novissimus eorundem Editor Cel. Struvius nomen *Gellinheim* ubique substitui velit.

(p) Ap. M. Alb. Argent. Apud alijs, alii, sed consentientes, occurrunt versus.

lii, quia Festum Visitationis Mariæ, integro seculo post, nempe An. 1389. ab Urbano VI, R. P. demum fuit institutum, (q) Testantur id, claris verbis, Annales Colmariensium Dominicanorum, ad Ann. 1298. *FESTO, inqvientium, Sanctorum Processi & Martiniani, Rex Adolfus interficitur*, quibuscum consentit totus, Historicorum cœvorum, chorus. Sic itaqve a nobis probatum erit, Adolfum non 4to, sed 6to demum sui Imperii anno, fuisse repudiatum, & Albertum non 2. annos, sed vix unam hebdomadem Regem fuisse electum, & superstitute Adolfo, nominatum. Negari equidem neqvit, Albertum, tot Regum Principumqve convivarum auxilio suffultum, statim sibi, cum ex Austria ad hostem per Bavariam contenderet, regios sumsisse Spiritus, Regisque nomen sibi arrogasse; (r) sed affectatio hæc fuit, nec, ante factam electionem, justa possessio, initiumqve demum cum ipsius itinere, & 1298. circa medium quadragesimæ, cepit, adeoque non biennium, sed vix ultra 3. menses, eodem fuit usus. Hactenus ex subtractionis regulis probavimus, Adolphi regnantis quartum annum, incidere in A. S. R. 1296. Albertumqve tandem, An. 1298. d. 23. Junii fuisse Rom. Regem electum. Eadem asserti nostri veritas, etiam ex additionum legibus confirmatur. Rudolphi enim Habsburgici, quem Adolfus excepit, epitaphium Spirense, ex filice superposito sculptum, annum, nos, diemqve emortualem, hujus Imperatoris, docet. Ita autem illud

ANNO DOMINI MCCXCI PRIDIE CA-
LEND. OCTOBRIS (ß)
OBIIT RUDOLFUS HABSPURG, ROMA-
NORUM REX.

B

Adol-

(q) Vide Martyrologia, Lexicon Sanctorum, Hildebrandi de Diebus Festis Libellum. p. 96.

(r) H. Stero.

Progr

Adolfum vero, anno demum sequenti, electum fuisse, his, Colmariensium annales, verbis confirmant: *A. 1292. Prima Maji, Electores reliqui, electionem in Moguntinum, tum presentem transferunt. Moguntinus, comitem Adolphum de Nassaw cognatum suum, eligit. Consentunt reliqui. Hic statura fuit mediocri, civilis, amabilis, sciens Gallicum, Latinum & Germanicum.* Adde quatuor annos, prodibit *A. 1296. qvo, neque Adolfus solio Imperatorio erat deturbatus, neque Albertus electus, multe minus in idem evectus, neque noster Henricus Leo, isto quidem anno, tot domesticis bellis distentus, de aliena expeditione, & bello, Adolfo, inferendo unquam cogitarat. A. 1298. autem Glasinum, latronum receptaculum obsidens, Patrem ex Aegyptiaca captivitate Lubeca advenientem comitatus est Wismariam, tandemque, reversus ad exercitum, Glasinum expugnatum delevit. Taceo de die 23. Jul. anni 1296. Quod si enim Albertus in vigilia Johannis fuit electus, utique ea contigit. d. 23. Junii, quamvis & hoc forsan describentium vitio, non b. Latomi imperitiæ tribuendum. Erat autem Albertus Austriacus ea sagacitate, ut si animum attenderet, decipi haud facile posset. Quia ergo eandem perfidiam, quam Adolfo exhibitam noverat, verebatur, neque Moguntinensi satis tuto fidere poterat, Moguntinensi electione, cui 3. modo interfuerant Electores, noluit acquiescere, sed eadem per triduum resignata, apud Francensfurt in Vigilia B. Laurentii, NB. ab OMNIBUS Electoribus in Romanorum Regem, secundo electus,*

(8) M. Alb. Argent. Consentit Chron. Elwangenfe, obitum Rudolphi Habsburgici in divisione Apostolorum collocans. Quando autem H. Stero ad A. 1298. diem XVIII, Calend. Augusti, ponit, oppido fallitur, sequemet ipsum refellit, asserens, *intra tempus 6. mensum electum fuisse Adolfum, in Romanorum Regem, militem multum strenuum.* Atqui hujus electionem 1292. d. 1. Maji factam fuisse ex Annal. Colm. modo probavimus.

electus, qui subito Aquisgrani gloriose coronatur. [t] Ergone, inqvies, nulla medela supererit, B. Latomum, diligentissimum Patriæ nostræ Historicum, honeste palliandi? Adeone ipsius veritas & Chronologiæ fides, quam vel præcipuam pollicetur, vacillat? Scies autem, Tibique recurret in mentem, qvare veritatem veteres nudam pinxerint. Recordor tamen, B. Cellarium adnotasse, a Siffrido, Presbytero illo Misnensi, Adolphi abdicationem, & ad A. 1296. & ad A. 1298. relatam fuisse. Ingenue etiam fateor, Suffridum hunc fere fuisse solum, qvi a me nec consuli, nec redimi, potuit. Sed nec L. B. celare possum, oculatissimum Cellarium affirmasse nobiscum, *Alberto, imperium septimo a Patris morte anno, fuisse collatum.* (u) Qvod si vero B. Latomus, prima & clandestina Adolphi reprobandi consilia, A. 1296, inita fuisse adseruisset, expeditior illum, cum Scriptoribus horum temporum conciliandi, via esset. Displicere utiqve jam an. 1296. cœperat Adolphi suis Electoribus, fastidientibus Imperatorem mercenarium & stipendiarium. Pro 30. enim *millibus marcarum, ut retulit qvi vidit* (w) operam suam exercitumqve Regi Angliæ locaverat. Ægre ferebant, qvod ab injusta Misniæ occupatione desistere nollet, sed, nec Imperii solennis per Electores abrogatio, nec, nova Alberti electio fuerat consecuta, imo ne consilia qvidem de his machinationibus aperte fuerant prodita, ob Adolphi virtutem bellicam, quam verebantur omnes. Hac autem qvia non successit, Henrici Leonis cognomenti rationem investigasse, aliene aggrediemur via? utiqve. Prodeat

B 2

Chemni-

(t) Postqvam nempe Adolphi jam sepultus fuit. Vid. H. Stero & Hist. Austr. ad A. 1298. Laurentii autem memoria d. 10. Aug. recolitur.

(u) Hist. Med. ævi, sec. XIII, p. m. 159.

(w) Ita Chron. Colm. P. 2. f. m. 55. Sed Alb. Argent refert. 100000. marcarum argenti.

Prager

Chemnitius, (1) licet non annum modo profectionis, sed & primum impositionis autorem, mutaverit. Certe b Hubnero adeo se hæc sententia probavit ut eandem quoque fecerit suam. (a) En Chemnitii verba integra: A. C. 1304. Kaufft Herr Henrich, die Marggraffen zu Brandenburg ab/ mit 5000. Marc Silber/ von aller An-und zusprach zum Lande Stargard/ und schreibet von der Zeit an/ sich Herr zu Mecklenburg und Stargard. Begiebet sich An. 1305. zu König Wenceslao in Böhmen/ wieder Herrn Albrechten, Römischen König/ hält sich so männlich/ daß Er darüber Henrich der Löwe genannt wird. Procul dubio respicit b. Autor illud bellum, quod, Albertus, a Bonifacio VIII, R. P. contra Wenceslaum sollicitatus, temere de puteis argenteis Cuthnensibus movit, in quo Hermannus Brandenburgensis (b) Marchio, mille quingvies Cataphractus, (c) Wenceslaum, consobrinum suum, contra Imperatorem, suum quamvis socerum (d) firmaturus, adduxerat. Id vero bellum, vel umbra saltem & vanus lusus strepitus bellici A. 1302. vel

(3) In Epitome Genealogica.

(a) Part. 6. Quæst. Historico Politic. p. m. 487.

(b) Vide supra notam (a) & ex hisce atque sequentibus nunc corrige M. Andr. Angelum in Marchiæ Brandenburgicæ Lib. 2. f. 121. ita scribentem: Im selben Jahr 1305. hat Marggraff Albrecht von Brandenburg/ König Wenceslaw in Behemen Kriegs-Hülff gethan/ wieder Kayser Albrecht/ der samt seinem Sohn Rudolpho, Meckland und Behemen/ biß an Entenberg verheeret hatte/ & Casp. Calovium in sua Chronica deder. Durchl. Herzoge von Mecklenburg &c. hæc ἀόριστα statuentem. Nach des alten Herzogs Henrici todes ist/ Er mit Marggraff Woldemar, in Behemen/ Herzog Albrechten auß Osterreich/ mit 400. Pferden zugezogen/ sich ritterlich und dermassen wohlgehalten/ daß man Ihm Heinrichen den Löwen genannt hat. quot enim lineæ tot adsunt peccata Historica.

(c) Vid. Joh. Dubravii Hist. Bohem. Lib. 18. f. m. 151.

(d) Vide notam 6

vel 1303. non vero biennio post fuit apparatus, & ab ipso Alberto, ultro se recipiente, statim finitus (e) *Traxerat enim Albertus moram in Bohemia ad 6. septimanas, vel paullo minus & nullum castrum, nec civitatem aliquam, expugnavit, quia Rex Bohemia munitiones suas militum & bellatorum multitudine & alimentorum copia abunde muniverat, ita, quod sine multa Strage non poterant obtineri. --- Prædictus etiam Rex Bohemia de terris Alemannia -- & Brandenburg, multa militia juvabatur, itaque dicebatur habere exercitum X. millia magnorum equorum cum militibus & aliorum equestrium & pedestrium, plusquam C. millia bellatorum, & pro stipendiis expendit CC. millia marcarum argenti.* (f) Quod vero Henricus nostras contra Albertum, Imperatorem, sed non suum, militatum iverit, Wenceslai copiae Austriacorum adventum, sustinere haud ausi fuerint, soliusque Henrici virtus eosdem lacesitos provocaverit, frustra forsitan haud assereretur, si cogitaveris militum manum, bellandi cupidam, levioribus præliis permultam facilemque præbere posse occasionem, Aberti que avaras atque famelicas copias, sæpe prædatum exiisse. Recessit equidem Albertus ex Bohemia, ita ut aufugisse videretur & Wenceslaus, eundem non ut hostem, sed hospitem, infectis rebus discedentem, dimittebat, quia *non instabat castra deserenti, nec Albertus posthac quietum (Wenceslaum) laceſſebat.* (g) Multa vero contra Alberti exercitum usos fuisse Wenceslai milites audacia, & copiis, quæ auxilio venerant, fretos esse, satis clare ea, quæ ex H. Steronis continuatione modo adduximus, eloquuntur. Nullus etiam dubito, quin singulis à me enucleatius explicatis, majus veritatis robur & splendor accederet, si vel R. D. P. Hieron. Pezii (h) Scriptores

B 3 res

(e) Plenius ista exposuit Olomucensium Episcopus, Dubravius, l. c.

(f) Udalr. Welling, & frater ejus, Conradus, in Continuat. H. Steronis ad A. 1303.

(g) Sunt verba Dubravii.

res rerum Austriacarum, vel Tomos, s. Spicilegiorum d' Aicherianorum volumina XIII, conferendi & evolendi mihi obtigisset opportunitas vel copia. Curta ergo nos, nostra suppellectili decuit esse contentos, adeoque tantum erit, quod hoc rerum mearum statu de Henrici Leonis cognomeni origine exponere valui, variis impeditis & tædiis & negotiis, quæ Rectores premere assolent, quominus in Stargardiæ cum Terris Meclenburgicis conjunctionem, quam alii jure emtionis, (i) alii ex dotis privilegio (k) alii denique ex utroque (l) simul, arcessitum eunt, asseruntque, pluribus inquisiverim. Nolui etiam præterea controversias illustres, quæ Scholæ umbram non admittunt, involare, nec morem isto ævo filias dotandi examinare, (m) aut similibus exemplis illustrare. (n) Juvat potius causam dicere, quare Heroicum Henrici cognomen præ ceteris discusserim, quæ hoc quidem auspiciousissimo *Serenissimi & Præ-*

cellis-

(h) Tomi secundi An. 1725. Lipsiæ editi recensionem vide in neuen Zeitungen von gelehrten Sachen A. 1725. p. 798.

(i) Ita quidem Chemnitius supra alleg. & consentit fere Latomus & qui hos sequuntur. Nota vero, inconstantiam illorum, quia in Anno soluti pretii, mirum quantum variant. Meretur peculiarem discussionem, quia multis fabulis, in Divinam Ducum Meclenburgicorum Sanctitatem, injuriis, est suffulta atque stipata.

(k) Hæc receptissima est traditio. Narravere Patres &c. Vide Angeli Annales March. Brandeb. Lib. 2. f. m. 115. circa medium. & Hubnerum l. c. Parte 6.

(l) Ita Calovius, Chronica cit, his verbis: der Marggraff gibt Ihm seine Tochter Beatrix, und gibt Ihr ein schön Stück vom Lande zu Stargard / das übrige erkaufft Er vom Marggraffen / für das erworbene Böhmishe Geld.

(m) Vide quæ ad Grotium de J. B. & P. III. 20. 5. & Puffendorf. de O. H. & C. Lib. II. cap. 9. §. 7. & Lib. II. cap. 15. §. 6. in Collegiis Juris Naturæ vulgo dici solent.

(n) Simili fere modo transtulit ipse Hermannus Longus, Coburgum & comitatum Hennebergicum ad Misnenses. Vide in compendio Hubnerum: Parte 6. p. m. 610.

Progr

celsissimi Ducis atque Principis nostri, DOMINI

CAROLI LEOPOLDI,

Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis vetustæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverinensis, Terrarum Rostochii atque Stargardiæ Dynastæ, Domini nostri clementissimi, die natali haud longe erit petenda, quia Leonis progeniem indolemque in Serenissima Ducali Gente Meclenburgica & conservatam & intemeratam, vel in solo nomine & omine Serenissimi Ducis Regnantis, sistit. Tanti igitur Principis magnum animum (o) ab omnibus deliciis generis humani & clementia (p) munitum, quis non venerabitur humillime, gratiæque divinæ commendaret? Facultatem vero hic exoptatissimus dies Natalis, qui melior DIU revertatur! tribuit vel potius clementissime permisit Gymnasii nostri Auditoribus, ut & nostræ in Serenissimum Ducem pietatis reddantur publici Interpretes & quia singula momenta Henrici Leonis a nobis haud poterunt recenseri, eadem ex aliarum historiarum monumentis illustrare studeant, ut pateat, Historiam Meclenburgicam, neque virtutum exemplis, neque prudentiæ specimenibus, neque ipsorum Serenissimorum Nominum divinitate cuiquam alii cedere, sed de principatu quoque contendere posse. Quinque ergo prodibunt cras à meridie circa horam III.

Juvenes

(o) CAROLI nomen exprimit. Vide Martini Lexicon etymologicum, sub hac voce, & in Compendio Christ. Becmanni Origines Lingvæ Latinæ p. m. 331. Utrumque recensitum invenies in Historia Bibliothecæ Fabricianæ. Illum Parte III. p. 270 sqq. Hunc Parte VI. p. m. 288. sqq.

(p) LEOPOLDI, enim gratiosum nomen, idem quod germanis Lieb und hold, significat.

Prager

Juvenes Oratores ex literarum Studiis morumque probitate,
Summorum Virorum gratiam auspicaturi, nempe

I. JOH. JOACHIM *Ansehl* / *Malchov. Meclenb.*
latino metro *Vitam Henrici Leonis* expressurus.


II. JOACHIM CHRISTIAN *Keding* / *Gustrov.*
Orat. Lat. *Letæ & sinistra Variorum Nominum omnia* recensebit.

III. ADAM HENNING *Lanzius* / *Bentem Meclenb.*
Orat. Germ. exponet. *Austriam per Conjugia amplificatam*
quod argumentum persequetur


IV. VOLRAHT HENRICH *Hane* / *Dempzin-Mecl.*
Carminè Heroico canens: *Principatus Germania per Con-*
jugia ampliatos. Tandem

V. JOHANN HENRICH *Pries* / *Rostochiens.*
Germanico carmine conquisivit *Henricos Europa Principes iis-*
dem cognominibus, quibus nostri Patria Henrici, nobilitatos.


Vos itaque P. C. hoc Pietati Vestrae in Serenisf. DUCEM
dabitis & hunc meis precibus & Juventutis Vobis placen-
di studio, locum relinquetis, ut socias nobiscum & cum
Novis Oratoribus preces pro salute NOSTRI DUCIS,
pro faustissimo Regimine, & pro flore totius Reipubl. con-
jungatis ardentissimas. Deus T. O. M. qui stator hacten-
us fuit, eritque tum charissimæ nostræ Patriæ tum uni-
versi Terrarum Orbis, conservet Principem in omni re-
rum suarum cursu! Votis Ejusdem & cœptis annuat, ea-
que, quæ summorum Principum sunt vota, largiatur uber-
rime, ut cum Serenissima Duce & Conjuge *CATHA-*
RINA IVANOWNA, Cæsareæ Stirpis Principe Præ-
cellissima & Matre Terrarum Nostrarum Clementissima,
diu læti ovantesque suis populis una cum Serenissima Prin-
cipe filia *ELISABETHA CATHARINA CHRISTINA*
interfint, omnemque temporum iniquitatem, victores supe-
rent! Omni denique Serenissimæ Domui Meclenburgicæ
monumenta relinquat, suæ gratiæ florisque nunquam inter-
morituri.



Progr



X Lutheri liberis vtus erat papius. vvi ma lmi mte mto m



De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick
 Cum deinde turbulento *Brunsvicum*, mox vero Gv
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut
 fementes, dictaque Monasteria latius enarrabant Auto
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*
xon. Super. p. 941. In templo Cathedrali Halensi
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17
CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2
Jac. THOMASII, Oratt. p. 121. *LANSII Consult.* p. n
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus:* A

